

Cambridge University Press

978-1-108-04681-7 - Johannis de Trokelowe et Henrici de Blanford Chronica et Annales:

A.D. 1259–1296, 1307–1324, 1392–1406

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

OPUS CHRONICORUM.

Cambridge University Press

978-1-108-04681-7 - *Johannis de Trokelowe et Henrici de Blanforde Chronica et Annales:*

A.D. 1259–1296, 1307–1324, 1392–1406

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

Cambridge University Press

978-1-108-04681-7 - *Johannis de Trokelowe et Henrici de Blaneforde Chronica et Annales*:

A.D. 1259–1296, 1307–1324, 1392–1406

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

OPUS CHRONICORUM.

[MS. Cott. Claudius D. VI., fol. 115 a—fol. 134 b.]

Incipit Proœmium sequentis operis.

SUNT quædam vetustatis indicia, chronico more et patrio sermone per annos Domini ordinata, in quibus enitescit virorum fortium magnificentia, prudentium sapientia, justorum judicia, ¹temperatorum modestia: sic etiam in rebus gestis omnium gentium et nationum, quæ utique Dei judicia sunt, benignitas, probitas, cautela, et hiis similia et contraria, non solum spirituales ad bonum accendunt et a malo repellunt, verum etiam sæculares ad bona sollicitant, et in malis futuris præcavendis præmuniunt, juxta illud;—“Non vitatur malum, nisi cognitum;” et si Archangelus Raphael, a Deo missus, mentionem fecerit de cane, ut in ²Tobia, ratione dictante, diligens inquisitio fieri debet de rebus necessariis. Historia igitur præterita, quasi præsentia, visui repræsentat, futura ex præteritis imaginando dijudicat. Habet quidem et præter hæc illustres transactorum dotes notitia; quod ipsa maxime distinguat a brutis rationabiles. Bruti namque homines et animalia unde sunt nesciunt, patriæ suæ casus et gesta ignorant, nec scire volunt.

¹ *temperatorum* in orig.² In reference to the appearance of the Archangel Raphael to Tobias,the son of Tobit, in the *Apocrypha*.

The gist of the allusion is, however, by no means clear.

Cambridge University Press

978-1-108-04681-7 - Johannis de Trokelowe et Henrici de Blaneforde Chronica et Annales:

A.D. 1259–1296, 1307–1324, 1392–1406

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

Hæc ergo considerans, hujus regni gesta, et nostræ gentis origines, mores, et virtutes, tum propter patriæ caritatem, tum propter exhortantium auctoritatem, invocato Spiritu Sancto, voluntati fuit interrupta temporum seriem resarcire, necnon præterita memoriæ commendare; quia minus feriunt jacula quæ prævidentur. Quicquid vero de recentioribus ætatibus apposui, vel ipse vidi, vel a fidedignis viris audivi; in quo scilicet opere sequenda et fugienda lector diligens dum invenerit, ex eorum imitatione et evitacione, Deo cooperante, melioratus fructum afferat exoptabilem.

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.—

Incipit Liber Chronicorum, editus ad instantiam venerabilis patris nostri, Domini Johannis, Dei gratia, Abbatis hujus Ecclesiæ.

A.D. 1259. Anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, qui est annus regni Regis Henrici Tertii ¹quadragesimus tertius, ²orta est dissensio inter Regem et Barnagium.

Beginning of the dissensions between Henry III. and the Barons. Partiality to foreigners, shown by King Henry. (A.D. 1260.)

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo primo, qui est annus regni Regis Henrici Tertii quadragesimus ³quartus, ⁴cum idem Rex toto tempore suo haberetur maxime erga alienos largissimus; qui quidem alieni, ut Dominus Willelmus de Valontia, cum sibi consimilibus, leges Anglicanas nite-

¹ *quagragesimus* in orig.

² This passage, from “*orta*” down to “*Barnagium*,” appears as a rubric in the original. It is clear, however, that it must bear reference to the year previously mentioned — 1259—and a full stop must be placed

between *hujus Ecclesiæ* and *Anno ab Incarnatione, etc.*, as this Chronicle could not by any possibility have been compiled (*editus*) in that year.

³ More correctly, “*quintus*.”

⁴ This sentence is incomplete.

Cambridge University Press

978-1-108-04681-7 - *Johannis de Trokelowe et Henrici de Blaneforde Chronica et Annales*:

A.D. 1259–1296, 1307–1324, 1392–1406

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

batur pervertere, et legibus patriæ suæ consimiles A.D. 1260. fieri, immemor Dominici præcepti,—¹“Leges meas custodite,” et iterum per ²Prophetam,—“Væ qui condunt leges iniquas, et scribentes scripserunt injustitias, ut opprimerent pauperes in judicio, et vim facerent causæ humilium populi Dei.” Hæc fuit causa primitiva dissensionis et discordiæ inter Regem et Barnagium suum; quapropter omnes alienigenæ, ex communi assensu Barnagii, jussi sunt ad propria expeditius repedere, et Angliam irrevocabiliter evacuare. This, the cause of dissension with the Barons.

Eodem tempore, ex assensu totius Barnagii, Dominus Rex Statuta Angliæ apud Oxoniam ordinavit, et juravit, ipse cum Edwardo, primogenito suo, et Barnagio, eadem Statuta irrefragabiliter observari. Processu temporis, Dominus Rex pœnituit se juramentum fecisse. Habito Rex secum cogitatu secretiori, qualiter, Provisioni Baronum suppositus, ex insolito cogebatur manum retrahere, et eorum ³ ac dispositioni, licet utili, adhærere vehementer doluit, et ⁴se hujus ⁴mutaturum corde firmiori decrevit. Convocatis itaque magnatibus, dixit:—“Vos omnes pro communi regni et Regis utilitate, ut ⁵asseruistis, et commodo, provisum ⁶que inter vos universaliter decrevistis, præstitis juramentis, observari; cui et me, una cum filio meo, juramento alligastis consimili. Nunc autem indubitanter expertus sum, vos, non tantum Regis et regni, quantum propriis, inhiantes emolumentis, penitus a pacto resilire, et me non quasi dominum, sed quasi ministrum, vestræ subjugasse custodiæ. Thesaurò insuper ex insolito minorato, debitum ubique succrescit, liberalitasque Regis, et ⁷potestas, fere prostrata succumbit. Unde non miremini, si, vestro non The Provisions of Oxford. (A.D. 1258.)

The King rebukes the nobles, and threatens to obtain absolution from his oath.

¹ Probably, in allusion to *Leviticus* xviii. 5, 26, and xix. 19.

² *Isaiah* x. 1.

³ Some word, similar to *voluntati*, seems to be omitted here.

⁴ Qy. if *sibi* and *mutationem* are

not the words intended?

⁵ *aseruistis* in orig.

⁶ Sic in orig.; it seems to be redundant.

⁷ *potestestas* in orig.

Cambridge University Press

978-1-108-04681-7 - Johannis de Trokelowe et Henrici de Blaneforde Chronica et Annales:

A.D. 1259–1296, 1307–1324, 1392–1406

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1260. “ amplius consensurus consilio, vos vobis relinquam de
 “ cætero, et super hoc remedio indulgentiam ¹ assumo.
 “ Pontifice perquirendo.”

He takes
measures
for that
purpose.

Quo dicto, destinatis Rex ministris Romam pro ab-
 solutione, specialiter scripsit Regi Franciæ, et filio suo,
 Edwardo, pro subministrando sibi auxilio; cui Rex in-
 finitos sibi promisit milites, per septem annos, si ne-
 cesse fuerit, propriis sumptibus sustinendos; et Edwar-
 dus in congregandis, ut dicebatur, viribus, omnimodos
 labores adhibuit.

Impetratur littera Papalis pro absolutione juramenti.

King
Henry re-
tires to the
Tower of
London,
and seizes
the public
treasures.
(A.D.
1261.)

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo ² se-
 cundo, qui est annus Regis Henrici Tertii quadragesi-
 mus ³ quintus—interim Rex, Statuto magnatum neglecto,
 et consilio deceptus ⁴ Achitofel adulatorio, in Turrim se
 Londoniarum intrusit, et thesaurum, ibidem depositum,
 diruptis seris, consumendum dispersit. Conductis itaque
 operariis, eandem fecit turrim ubique firmari, civitatem-
 que Londoniarum, refirmatis seris et clausuris, manda-
 vit per gyrum communiri; convocatisque singulis de
 civitate a duodecim annis et supra, fecit omnes jurare
 de fidelitate sibi servanda, clamante hoc præcone, ut
 quotquot vellent Regi militare, illius veniant sustinendi
 pecunia. Quo audito, Barones ubique confluebant cum
 viribus, hospitati extra muros, hospitii sibi intra omnino
 negatis; sicque letalis ubique suspicabatur guerra, nun-
 quam per multos retro annos tam proxima.

The Barons
encamp
without
London.

Prince Ed-
ward de-
clines to be
absolved
from his
oath.

Tunc temporis, circa Pascha, impetrata fuit littera
 Papalis super absolutione Regis, et Edwardi, filii sui,
 de prædictis juramentis; sed Rege hoc non acceptante,
 Edwardus se sponte iteratis innodavit sacramentis.

¹ *assummo* in orig.

² Apparently *nomo* in orig.

³ More correctly, “*sextus*.”

⁴ In allusion to II. *Samuel*, cc. xv.,
 xvi., xvii.

Cambridge University Press

978-1-108-04681-7 - *Johannis de Trokelowe et Henrici de Blaneforde Chronica et Annales*:

A.D. 1259–1296, 1307–1324, 1392–1406

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

OPUS CHRONICORUM.

7

Audientes hoc magnates, firmiter in proposito persis- A.D. 1261.
tentes, destinatis ad Regem mediatoribus, obnixe roga- The Barons
bant, ut communiter præstitum inviolabiliter teneret humiliare
juramentum; et si quid sibi displicuerit, eisdem ostend- themselves,
deret ad emendandum. Qui, nequaquam adquiescens, and pro-
sed eorum ingressus vix patiens, dure, minanter, ac pose to
proterve, respondit, dicens quod, ipsis a conventionem make terms
deficientibus, non amplius adquiesceret; sed unusquis- with the
que deinceps propriis defensionibus provideret. Tandem King.
mediantibus quibusdam discretis, ad hoc, vix
mitigatus, inducitur, ut duo eligerentur, unus ex parte
una, et alius ex altera; qui duo tertium sibi assume-
rent, et, auditis querelis Regis et aliorum responsis,
stabilem utrobique pacem providerent: quod hinc inde
usque ad adventum Edwardi conceditur differendum.

Audiens hoc Edwardus, scilicet, prædictam in Anglia Prince Ed-
discordiam per suum citius adventum pacem sortituram ward re-
et reformandam, adeptus de hastiludio victoria, con- turns to
festim repatriavit, adductis secum Johanne de ¹Braines, England,
sororio suo, et Willelmo de Valoniis, de terra nuper with
Valence.
elongato; qui tunc ingressum vix obtinuit, ita tamen
ut, præstito in ingressu sacramento, Baronum Provisioni
in omnibus obediret, et singulis contra eum querelis
depositis, et deponendis, si necesse fuerit, responderet.
Edwardus vero, super vanis Regis consiliis et con- He enters
siliariis edoctus, eisdem valde iratus, sponte se a patris into a com-
absentavit obtutibus, et fideliter, ut præjuraverat, as- pact with
sentit Baronibus. Inquisitis itaque diligenter præ- the Barons.
dictæ contentionis fautoribus, et cognitis, unanimiter
omnes cum Edwardo conjurarunt, quod nunquam con-
sentirent in uno, donec quosdam malos consiliarios a
suo amoveret Consilio; addentes quod, per talium pacis
perturbatorum suggestiones, Rex sæpe decipitur, et, im-
petrata Papali absoluteione, Provisio, Regi et regno

¹ *Qy. Bretayne?* John, Duke of Bretagne, was the husband of his sister, Beatrice.

Cambridge University Press

978-1-108-04681-7 - *Johannis de Trokelowe et Henrici de Blaneforde Chronica et Annales*:

A.D. 1259–1296, 1307–1324, 1392–1406

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

A D. 1261. salubris, infirmatur. Unde revelato eorum secreto, ut verificetur Evangelium ¹Johannis;—"Nihil opertum quod non reveletur, et occultum, etc," nunquam Rex, talium consilio intermediente, suo poterit Barnagio, prout decet, consentire. Rex vero, hoc renuens, confestim se infra Turrim Lundoniarum, cum eis, recepit: Edwardo foris, cum magnatibus, remanente, concursus excrevit proximus formidolosus.

The King retires to the Tower of London.

Comites Glovernæ et ²Legitur', prius per verba indecentia discordes, pace sunt tunc firmissima confœderati, (ut replicari possit illud Evangelicum,—³"Amici facti sunt Pilatus et Herodes,") simul cum Edwardo et aliis contestantes, quod aut prædictorum perturbatorum pacis a Rege removerent consortium, aut, guerra viciniore suscitanda, alterutros sedarent in interitum.

The Earls of Gloucester and Leicester are reconciled.

Anno Domini millesimo ducesimo sexagesimo tertio, qui est annus regni Regis Henrici Tertii quadragagesimus ⁴sextus, timentes non modicum prædicti consiliarii ⁵se armis viribusque circumquaque ⁶præmuniti, se infra Turrim et custodiam diutius receperunt. Qui tandem, interveniente Regina, vix quibusdam concordati magnatibus, circa Pascha invicem suscepti sunt in pacis amplexibus. Quo facto, Dominus Rex audacius se extra Turrim exposuit, Domino Johanne Mauncel infra dimisso, versusque Doveriam itineravit continuo. Venienti autem cum mediocri familia liberum patefecit Castelli introitum, cum nec ei oblatum nec vetitum, sed, tanquam clavis totius regni, custodiæ esset diligentiori a Baronibus deputatum. Quo Rex statim sentiebat ⁷se falsis suggestionibus deceptum, et Baronum suorum fidelitate ubique, licet ignoranter, suffultum; commendansque illius custodiam

The King retires, first, to Dover, and then to Rochester. (A.D. 1262.)

¹ Not *John*, but *Matt.* x. 26, and *Luke* xii. 2.

² Sic in orig.; probably an error for *Legacestræ* or *Leycestræ*.

³ *Luke* xxiii. 12.

⁴ More correctly, "*septimus*."

⁵ This passage is evidently imperfect: see Rishanger's *Chronicle*, p. 10.

⁶ Probably, *præmuniri*.

⁷ *de* in orig., by inadvertence.

Cambridge University Press

978-1-108-04681-7 - *Johannis de Trokelowe et Henrici de Blaneforde Chronica et Annales*:

A.D. 1259–1296, 1307–1324, 1392–1406

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

Domino E. Waleram, mox Castellum Roucestriæ adiit, A.D. 1262. et quædam alia; et ubique liberum invenit introitum et exitum.

Tunc temporis, Dominus Rex, volens a juramento prius præstito, tanquam absolutus, resilire, audacter circuit per civitates et castella, volens eorum, et totius regni sui, plene possidere dominia; animatus ex hoc, quod Rex Franciæ, una cum magnatibus suis, nuper sibi promisit viriliter succurrere.

Veniens itaque prædictus Rex apud Wintoniam, ibidem Castellum, ut alibi, liber introivit, ac festum Pentecostes ibidem, cum suis, celebravit; vocatisque illinc ad se Justiciario et Cancellario, nuper institutis a Barnagio, sigillum suum sibi reddi, et rotulos de Justiciaria sibi mandavit restitui. Quibus respondentibus se nullatenus hoc facere, sine Baronum, una cum Regis, assensu et voluntate, confestim Rex commotus, Barnagio inconsulto, Dominum Walterum de Merthone sibi præfecit Cancellarium, et Dominum Philippum Basset Capitalem sibi et regno Justiciarium. Quo audito, magnates, considerantes hoc sibi et Provisionibus suis contrarium, timentesque ne Rex ita præsumeret eorum funditus eradicare Statutum, communiti armis et viribus, illuc properabant quantocius. Johannes Mancel, hoc audiens, timensque Regi suscitari exinde periculum, vehementer formidans, Wintoniam ad Regem clam adiit, et ut clandestino Londonias rediret, Regem secretius consulendo admonuit. Quo reverso, Rex silenter de Castello se emisit, et cum pauca sequela subsequendo Londonias properavit. Hoc cognoscentes Barones, qui in eorum communionem jamdudum obligati fuerant, communicato consilio, dixerunt se decretum, necnon sacramentum juramenti, irrefragabiliter observaturos, convicaneis suis relaturos, et favorem in adjutorium, quantum possent, præstituros.

¹ *se* is repeated here in orig., by inadvertence. | ² Repeated in orig.

Cambridge University Press

978-1-108-04681-7 - Johannis de Trokelowe et Henrici de Blaneforde Chronica et Annales:

A.D. 1259–1296, 1307–1324, 1392–1406

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1264. Anno Domini millesimo ducesimo sexagesimo Hostilities between the King and the Barons. quarto, qui est annus regni Regis Henrici Tertii quadragessimus ¹septimus,—ab illa die Comites et Barones in Regem, et in complices suos, insurrexerunt, prædia et maneria eorum igne comburentes; et, vice versa, complices Domini Regis, eadem facientes, Baronum substantias invadentes. Barones vero, hoc audientes, insulam Eliensem in manu forti intraverunt, totam patriam circumjacentem sibi subjugantes. Hæc dissensio inter Regem et Barones duravit usque ad quartum-decimum diem Maii.

The Barons take possession of the Isle of Ely.

Circa idem tempus, præcogitaverunt Barones, quomodo hujusmodi discordiæ finem imponerent, oculo ad oculum calamitates et oppressiones populi, et Ecclesiæ desolationem, intuentes, sententiam illius versificatoris memoriæ commendantes;—

² “Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.”

Simon de Montfort, Earl of Leicester, chosen leader of their army.

Illico, unanimi assensu congregati, elegerunt Dominum Simonem de Monte Forti, Comitem Leycestriæ, in ducem exercitus eorum; tum propter ejus constantiam, tum propter belli notitiam. Tantus erat ei ardor finem malis imponere, ut mallet ultima experiri, quam regni calamitatem ulterius protendi.

Bellum Lewwense.

The Battle of Lewes. (A.D. 1264.) Anno gratiæ millesimo ducesimo sexagesimo quinto, qui est annus regni Regis Henrici Tertii quadragesimus ³octavus, die ⁴quarto Maii, Dominus Rex, et Edwardus, primogenitus suus, cum exercitu suo, non inerti militum copia, bello se animose, intermissa obsidione, obtulerant apud Leuwes. E contrario, Barones cum magno

¹ More correctly, “*octavus*.”

² Horace, *Ævist.* I. 2, 14.

³ More correctly, “*nonus*.”

⁴ The Battle of Lewes took place

not on the 4th, but on the 14th, of May, and in the previous year, 1264, as already alluded to.